



Josephit, und andere Carmina Vol. II.

A. N. 75. Quart.

4.  
Ca  
8.9  
9.8  
10.6  
Ca  
14.  
15.  
16.  
Ca  
20.  
21.  
2.



26.  
28

TÆDA NUPTIALIS  
IN  
auspicatissimas nuptias  
PRÆSTANTISSIMI INTEGERRIMIꝰ  
VIRI  
DN. IOHANNI  
POLMANNI,  
Sponsi:

&  
*Pietate, morumꝰ integritate castissima*  
VIRGINIS

CATHARINÆ,  
Domini  
NICOLAI RUDOVII,  
Viri clarissimi, Scholæ Parochialis  
Rectoris dignissimi, filiæ  
SPONSÆ.

*Celebrandas 1. Julij. Anno 1631.*

Conscripta

à  
Samuele Salomone.

IN TAD A NUP TIA 1111  
DIESES IST EIN  
PAPIERSTÜCK  
VON  
DR. JOHANN  
P. O. M. N. N. I.  
DAM  
NICOLAUS BOVIL  
DIESES IST EIN  
PAPIERSTÜCK  
VON  
DAM  
NICOLAUS BOVIL  
DIESES IST EIN  
PAPIERSTÜCK  
VON  
DAM  
NICOLAUS BOVIL



POST resides annos, & tristia fata maritæ  
Quæ tibi longè oculis charior una tuis,  
Dum fuit in vivis, dum Parca Deusq; sinebant,  
Rebus in humanis qui suæ jura tenent.  
SPONSE paras viduo dudum satiata cubili,  
Leni conjugii subdere colla jugo.  
Haud secus ac olitor, cui, vel penurià cæli,  
Vel malè qui virides, Sirius, urit agros.  
Spem cunctam abripuit messis: jacet optima cãpis  
Strata seges, brutis diripienda feris.  
Ceus super invectus stygii dominator Averni,  
Trivisset rapidis invidiosus equis.  
Ille tamen volucrem cum Sol novus incipit annũ,  
Signa celer rursus per duodena means.  
Ut patiens curvi tellus est reddita aratri,  
Et sua jam rediit vis genitalis humo.  
Iungit eqos, jnngit taurosq; bovesq; sequaces,  
Curvatoq; secat vomere mite solum.  
Et ferit & rastro sudans perstringit acuto,  
Spemq; notã jugis de meliore fovet.

Sic

Sic tuus ut paulum (fatearne?) relanguit ardor,  
De flevit pietas & sua fata satis.  
Lugubrem ponis vultum, formamq; resumis,  
Frigidulumq; suo cor in amore calet:  
Cor in amore calet, redeuntq; in pectora flammæ,  
Et sentis notum rursus adesse Deum.  
Quoq; diu fueras magis hoc ab amore solutus,  
Illo vulnus habes intolerabilius.  
Ureris & latè serpit contagio morbi,  
Ureris & vulnus non patienter habes.  
Ad Themidē, Charitesq; sacras, doctasq; sorores,  
Verteris, hac tolli vis ratione malum.  
Alma Themis, Charitesq; sacræ, doctæq; sorores,  
Iuictum referunt hoc ratione malum.  
Quid faceres? Victas tanquam qui vincere nolles,  
Suppliciter tristis porrigis ipse manus.  
Adq; tuæ properas adamatæ limina amicæ,  
Voce rogans modicâ, Pandite quæso fores.  
Panduntur, gressus infers, & multâ volutas.  
Hei mihi! Quam visa est Virgo decora tibi?  
Illa thoro residens sublimia fila trahebat,  
Virgineas nunquam passa labare manus.

Ut

Ut tete aspexit, vultuq; animoq; relegit,  
Vifa est purpureo tincta pudore genas.  
Qualis in excelsis vernat rosa collibus Idae,  
Surgentis facies solis ut esse solet.  
Nec minor est in te timor aut reverentia, obortâ,  
Caligant tantâ lumina luce tibi.  
Inq; vicem obtutu pariter stupuistis in uno,  
Alter in alterius visus abire animum:  
Tanta alienarant vestros miracula sensus,  
(Fas mihi primitias sit referare thori.)  
Vix quæ reris habes, vix unde exordia sumas,  
Officium nescit linguaq; mensq; suum.  
Ast ubi firmatis præsens data copia fandi,  
Et licet evicto dulce stupore loqui.  
Atq; amplexari, & dextrâ comprehendere dextram,  
Illecebrasq; novi quærit amoris amor.  
Itur in amplexus, lachrymas & gaudia mille,  
Ut varix semper sunt in amore vices.  
Quid tibi tunc animi multum charissime Sponse,  
Cum SPONSAM audires esse in amore parê?  
Quantaq; sollicitum tentabant gaudia pectus,  
Cum lateri assedit, basia figit, amat.

Te



Te totum cupit esse suum, tum ne qua moretur,  
In felix thalamum, numen adorat, Eris?  
Hæc tædis est dicta dies, hac ducitur uxor,  
In thalamum tandem SPONSE venuste tuū,  
Quâ neq; pulchra magis formosa semiramis iste,  
Dicitur in thalamum Nine superbe tuum.  
Nec mage Penelope, inviolati exemplar amoris,  
Casta; magis mentis Penthesilea potens.  
Jam pietatis honos quantus? Quæ præmia veræ,  
Virtutis? Nusquam deficit alma fides.  
Et pariter lætis, pariter confidit in arctis.  
In Dominum, cujus iusfa verenda tenet.  
Illius à primis annis exhaurit amorem,  
Illius observat, patre docente, vias.  
Hunc etenim quisquis verè colit, ille beatus:  
Illum prosperitas, vita, Salus, sequitur.  
Nec tu corpus eras sine pectore. Nam tibi formã,  
Et tibi divitias, cuncta deditq; Deus.  
Nescio, ni vanæ mentis præsagia fallunt,  
Quam tibi conjugii spem decet esse tui.  
Nascetur soboles, patriæ virtutis imago,  
Crescat multiplici prole beata domus.  
Alteraq;



Alteraq; & rursus, Domini donum, altera proles,  
Quæ mensam cingant in statione tuam.  
Quæ pia confirmes superum pater optime vota,  
Atq; sinas aliquod pondus habere preces.  
Salvete ô simili quos finxit forma nitore,  
Atq; unus, Paphio fronte rigavit Amor.  
Vivite felices, redeant succesibus anni,  
Sydera quot cælum gramina campus alit.  
Vivite felices, veniat numerosius aurum,  
Quam fluitat vasto mollis arena mari.  
Vivite felices constanti pectore cælum,  
Suspicite, & mortem mortis imago novet.









26.  
28

TÆDA NUPTIALIS  
 IN  
 auspicatisimas nuptias  
 PRÆSTANTISSIMI INTEGERRIMIq̃  
 VIRI  
 DN. IOHANNI  
 POLMANNI,  
 Sponsi:  
 &  
 Pietate, morumq̃ integritate castissima  
 VIRGINIS  
 CATHARINÆ

